

Bischof Rudolf von Meissen eignet auf Bitten des Nicolaus Polner Zinsen auf verschiedenen Grundstücken zu Freiberg dem Altare des heil. Leonhard in der Nicolaikirche. Stolpen, 1427 Febr. 2.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchio Freiberg K. 19. Das S. des Bischofs an Pergamentstreifen.

5 Rudolphus dei et apostolice sedis gracia episcopus Misnensis —. Sane quia nobis pro parte providi viri Nicolai Polner conceivis Fribergensis — certi census annui et redditus pecuniales pro octuaginta sexagenis bonorum novorum grossorum monete Fribergensis per patrem dicti Nicolai felicis memorie in salutem anime sue suorum progenitorum ac successorum, dum in humanis ageret, donatis in locis et domibus habitacionum infra scriptorum in opido Fribergensi ad reempcionem *comparati*), primo Vlman sex grossos, dictus Vllm sex grossos, Keyßer viginti unum grossos, Ruker novem grossos, Paulus Hunichen duodecim grossos, Gebuer decem grossos, Muer Nickil decem grossos, Stepphanus Flemming duodecim grossos, Hennil Bendil duodecim grossos, Hanneman Wigant viginti grossos, Nickil Ditterich duodecim grossos, Donatus Tilehen viginti unum grossos, Wygel 15 duodecim grossos, Waldenberg decem grossos, Johannes Kyn quindecim grossos, Rost sex grossos, Catherina Hartusschynne duodecim grossos, Heinricus Snyder decem et octo grossos, Johannes Kyn lanifex duodecim grossos, jodenschule sex grossos, Kudich viginti unum grossos, Borghart quatuor grossos, Petrus Lomaczsch viginti quatuor grossos, item dy Keyne octo grossos, Nicolaus Polner decem grossos et unam sexagenam, ad altare 20 sancti Leonardi in ecclesia sancti Nicolai in Friberg fundatum et consecratum in dotem et proprietatem sunt oblati, nichilominus quoque census trium sexagenarum similiter ad reempcionem in domibus infra scriptorum ad vite usum dicti Nicolai comparati, post ejus vero obitum in dotem et proprietatem dicti altaris devolvendi, primo de Pauwil Wigkartyne unam sexagenam grossorum, dicta dy Barthelyne triginta sex grossos, dictus 25 Richter viginti quinque grossos, dicta dy Gryserynne viginti duos grossos, dictus Scheiteler decem et novem grossos, Schussil Vber duodecim grossos et Franciscus Weydener sex grossos, similiter sunt oblati cum supplicacione —, ut oblacionem hujusmodi paterno affectu suscipere ac ecclesiasticis bonis et titulis annumerare et insignire ipsumque altare prefatum cum censibus supra scriptis et aliis bonis suis in beneficium ecclesiasticum creare 30 erigere et instaurare auctoritate nostra ordinaria graciosius dignaremur, nos igitur Rudolffus — fundacionem — et ordinacionem altaris predicti — confirmamus —. Volumus eciam, quod, si dictos census — reemere contingeret, extunc rector dicti altaris — de scitu plebani et collatorum dicti altaris et vitricorum ecclesie sancti Nicolai alios census — debbit comparare, quos census — extunc prout exnunc — confirmamus —. Collacio vero 35 sive presentacio dicti altaris eo, quod restaurum competens videlicet census unius marce pecuniarum plebano dicte ecclesie scilicet domino Nicolao de Geringiswalde, qui et in dotacionem et ereccionem supra scripti altaris consensit, sit factum, ad supra nominatum Nicolaum Polner tempore sue vite pertinebit. Fo vero defuncto dictum altare quociens